



Discursus Prædicabiles, Sive Viridarium Sacrarum Concionum

Paoletti, Agostino

Coloniae, 1677

Dominica Nona Post Pentecosten. Cùm appropinquaret Jevs Jerosolymam, vidit civitatem, flevit super illam. Luc. 19. Argumentum. Deus gravius fert injurias su[...], quàm sibi irrogatas. Primo dum ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55660)

curatus sum passum Dei. Cur nunc & non
ante te recommendavit? en causam: prius de
peccato, nunc de pœna sermo est. Sic Lyra-
nus. *Hec dicit Saul magis formidine pœna, quàm
amore iustitiae.* Servus evangelicus bona Do-
mini dissipasse nil curavit, sed ut audivit, non e-
minis pœnis villicare, cor sibi stringi sensit.

1. Aliam Scripturam novi testamenti adde-
re, & hoc meum discursum finire volo. Chri-
stus cavabat, & verbis mansuetis deplorans se à
quodam ex dilectissimis tradendum dixit: *Finis
culpram me traditurus est.* Animam meam trans-
figit, quod unus vestrum tantum errorem sic
commisistis, Judas cum traditurus erat, & ta-
men silet, Judas cur non loqueris? cur non mo-
veris? ac si esset lapis cibus inhiat, & verba ma-
gisteri non curat. Christus deo de traditione
egit, & traditori supplicia micatur. *Va homini
is per quem filius hominis tradetur, bonum erat
et si natus non fuisset homo ille.* Judas dum audit
ea, & minas pœnarum, caput elevat, aures præ-
bet, oculos atollit, & totus suspiciosus, ac tre-
mens ad Christum se vertit dicens: *Nunquid ego
sum Rabbi?* O pessime nebuloso, dum de peccato
regit somnum simulas, sed ad nominationem

pœnae expergisceris? culpam irrides, sed pœnam
valde sentis: *Quid est hoc insano proditor: tunc dor-
mibas ad culpam, nunc evigilas ad pœnam: ma-
gis hac quàm illa tuum animum villicavit, plane
servus es, non filius, adversarius non amicus, ti-
more ducis, non amore, leviter vocantem con-
tempnisti, terribiliter tonantem formidasti.* Hunc
defectum Judæ omnes peccatores hæc edicantur.
Ego credo, quod si peccatum non attraheret
pœnam, sicut magnes ferrum, nunquam à Deo
offendendo cessarent. Si posset cum hoc ser-
vo omnia Dei bona dissiparent. Deus non tau-
tum infernum fecit ut peccatores puniat, sed ut
illo in hac vita etiam eos terreat; scit enim, quod
esto non delicti sint à peccatis, quia sunt of-
fensa gravissima, & maxima injuria, que Deo
nostro fieri potest, ad minus videntes infernum
apertum, ejusque flammæ atroces, & æternas
pœnas sibi destinatas emendabuntur. Si ergo
hactenus offensas Dei parum curasti, si pessimis
operibus te defamasti, & proximum ejus defe-
ctus propalando *Accipe cautionem tuam, hoc
est ait Rupert.* emenda te operibus bonis vo-
cando, & defectus alterius silendo, *Cavens, ut
de operibus
SS. c. 21.*

DOMINICA NONA POST PENTECOSTEN.

*Cum appropinquaret JESVS Jerosolymam, vidit civitatem, flevit super
illam. Luc. 19.*

ARGUMENTUM.

*Deus graviori fert injurias se, quàm sibi irrogatas. Primo dum nostris magis compati-
tur, quàm suis; secundo dum suas magis tolerat, quàm nostras, tertio dum
severius nostras castigat, quàm suas.*

DUO fontes lachrimarum ex oculis Sal-
vatoris manabant, quando iustar viti-
dici Prophete ruinas miseræ Hieroso-
lymæ obventuras sic prædicebat: *Ve-
niant dies in te, & circumdabunt te inimici tui
valles, conquisibunt te undique, & ad terram
proficient te, & filios tuos, & non relinquent in
te lapidem super lapidem.* Et ego ex imo cordis
exhalasse duplicata suspirat plangendo sic dixisse
credo. O infelicem, & infortunatum Hieroso-
lymam, non multum temporis efflue: quin mi-
seriarum aceruo involvaris. Tuo malo specta-
trix eris lugebris ruarum calamitatum, & obles-
ta eris meta hostium Romanorum. Jam eru-
R 3 enta

PARS PRIMA.

enta labra superba, & inflata ob spem certam victorie explicantur. Et resonantia tympana cohortes ad aciem vocant, & sonora tubæ selectiores copias ad prælium excitant. Jam siemunt exercitus, & milites impatientes tumpunt frenum cunctationis, ut tibi noceant. Video obfidionem qua cingris, audio furias globorum, qui & concavo tormentorum excussi tua mœnia quatunt. Nunc arma famelica, & sicibunda acciuntur, ut sese tui destructione faturent, & ut ardentem scim extinguant, tu sanguini intinguntur. Hinc cor meum cogitat lacrimas dolorum oculis eliquare: *Videns civitatem flevit super illam.*

Ergone tu, quæ dextrâ sceptrâ moderaris, collo jugum servitutis innui patieris: tu quæ es Domina, fies serva, & manceps: tu, quæ nata es, ut debelles & vincas, vincaris & debelleris: subiecta, & vincita curum Triumphalem Titi, & Vespasiani trahes, ut tuis ignominis honores aliorum triumphos, & tua ruina victorias hostium augeas: tuæ miseræ causâ dolorosa meorum lachrimarum præcisæ sunt. *Videns civitatem flevit super illam.* O clementissime Redemptor, lachrimas mitte, & si plangere velis, non illam, sed te desleto. Ticus, & Vespasianus non aded erunt crudes in ejus destructione, quam illa erit atrox & immisericors in tui occisione. Tu flagellis, ac tormentis obrueris. In illa lapis super lapidem non manebit, verum in tua humanitate illa nec guttam sanguinis linquet. Cur ergo compateris miseris civitatis, quæ aded contra te sit crudelis? *Aded*

Iansen in Conc. E. wang. cap. 110. fol. 73. part. 4. Euseb. E. missen. apud Al. cum. in Dom. post. 1788.

est ait. Janf. misericordia motus, ut etiam lacrimas profuderit, non super se occidendum à Hieronymo, sed super illam, id est propter illam, & illius exitum ut appropinquavit videns civitatem in suam necem conspirantem, non de mortuâ, quam illa machinabatur sed de illius ruina, & perditione flevit. Verbo: Deus magis injurias nobis irrogatas, quam sibi fere, & hoc tribus modis demonstrat, primo dum nostris miseris magis compatitur, quam suis; secundo, dum æquus sibi irrogatas tolerat, quam nobis, tertio dum offensas nobis factas severius castigant, quam sibi factas. Hæc erunt tres linee, quæ à circumferentia mei disputus ductæ ad centrum Evangelii terminabuntur. Interea moneo primam requirere clementiam, secundam attentionem, tertiam breviteratem. Duæ priores conditiones requiruntur in vobis, tertia in me. Vos mihi facite illis, ego vobis has serviam, & incipio.

Videns IESVS civitatem & flevit super illam.

2. *Julius, quæ præest proprietates inseparabilis esse deberet, potius utilitatem subditorum, quam proprium commodum spectare. Commodum fuit Tullii: si consulis populo, remove te à suspitione alienigenis tui commisi, facis dem, te nihil nisi populo utilitatem, & fructum querere. Et alias subiunxit: Principem omnium, quibus præest salutem, liberis, famam, fortunam esse charissimas decet. Hinc Claudianus.*

Te civem patremq; geris, tu consule cunctis. Nec tibi, ne tuas te moventur, sed publica cura.

Inter alia præcepta, quæ Plato dedit pro conservatione reipublicæ hoc unum fuit: *Quæ sunt reipublicæ utilitatem civium servatæ, ut quicquid agunt, ad eam referant obliiti commodorum suorum. Ut enim vitela, sic procuratio reipublicæ ad utilitatem eorum, qui commisi sunt gerenda est.*

Si credimus Livio, spectare tantum proprium commodum ad Tyrannum spectat: *Hic uno Rex differt à tyranno, quæ summum crimen putat populam, aut reipublicam esse civitatem.* Et Hecates adjungit: *Principi, & Rex bonas non tam sibi, quam populo consulti, & utramque quibus præest commodis, utilitatibusque servit.*

Ælius Adrianus Cæsar in hoc maxime gloria ri solebat. Non mihi, sed populo. Hic gratiam subditis juxta illum doctum.

Quem sua non tam vota movent, quam patrisca; quique. Non sibi, sed populo consulti, ille placet.

Hujus conditionis fuit Salvalor, dum tinas Hierusalem propriis miseris anteposuit. *Elevit super illam, non super se.*

3. Sacri Evangelistæ Dei Filio in horto Olivarum orante Patrem æternum, referunt in ejus sereno coelo vultus divini, nescio an dicam stellas, vel stellas sanguinis comparasse: *Facies est sudor ejus sicut gutta, sanguinis decurrant super terram.* Video effectum scilicet sanguineum, sed causam unde procedat investigare nescio. Cajetanus ex Anstoroce respondet sudorem

idorem sanguinis potuisse esse naturalem, sicut idem Philoſophus in aliis contigiſſe teſtatur. *Iſtus quippe complexionis ſanguinem ſudorem emiſiſſe: namque deſiccato aquoſitate ſanguinis, qui eſt materia ſudoris, nominatim quoque ſanguinis emiſiſſe.* Alii hunc ſudorem ex nimia apprehenſione tormentorum cauſam afferunt: *Id enim ira angeris accidit magnitudine, qui ſudorem ſolis exprime, ut in morientibus patet.* Noſter beatus Simon à Caſſia in corde Chriſti magnum conſiſtutum initium fuiſſe, & gladios acerrimiſſimos dolorum pupugiſſe, ex cuius puncturis ſanguis manavit, affirmat: *Durum ſolibus agelatur in anima Chriſti, ex conſiſtentiſſimo ſanguine tam late manabat.* In ejuſ corde deteſtebatur, & amor quo flagrabat erga genus humanum conſertabant. Unam ſubilitatem Rupertus Abbatis audite. Hic Author in eo loco multos fuiſſe lapides putat. Hos dum Chriſtus aſſeſſit, mentem ejuſ ſubint illos inſtrumenta martyrii facti Stephani futuros; ac ſi dixiſſet: *ô lapides impij, ô petras crudeles, vos membra mei Levite lacerabitis, vos carnem aſſeſſeritis, vos viam auferetis, eique mortem dabit. Hæc conſideratio adeo cor ejuſ tranſiit, tantumque dolorem intulit, ut ſudorem ſanguinis expreſſerit. *Faciliſt eſt ſudor ejuſ ſicut gutta ſanguinis decurrens ſuper terram.**

4. Sed ô mi Redemptor antequam lapides intrare, an non menti tuæ calix amarus cum omnibus inſtrumentis paſſionis ſeſe objecit? quimodò dixiſti enim. *Pater ſi vis tranſer à me calicem iſtum.* Hi eventus doloroſi utpote clarorum, ſpirantum, flagellorum, quæ tuum corpus cruciabunt, potius ſanguinem expreſſerit tibi deberent, quam lampades, qui impetent Stephanum. Qualiter ſanctus Matthæus de calice paſſionis loquitur obſervemus, *Transfert à me calix iſte.* Quid proprie ſignificat tranſer? Logice dum audit propoſitionem, quam parum curat, num illam neget, vel concedat, dicit *tranſer.* id eſt parum mea referet. Hinc ad cauſam etiam dixit Chriſtus de calice paſſionis: *Transfert à me calix iſte:* ſed lapides Stephanum adeo ipſum tormentarunt, ut ſudorem cruciatum expreſſerit, *Et factus eſt ſudor ejuſ.* Hic Rupertus tuos ô Stephano, Chriſtus ſanguinem abut lapides, tuumque ſanguinem moriturus, hinc factus eſt ſudor, &c.

5. Maneamus in hortu Olivarum, ut aliis obſervationibus actiones Chriſti ponderemus.

Adſunt Hebræi, ut eum capiant, & ducere Juda eum accedant, ut manum injiciant, & vinciant. Dominus interrogat. *Quem queritis?* reſpondent *Jeſum Nazarenum.* Replicat Chriſtus. *Dixi vobis quia ego ſum.* Si ergo me velitis alibi ne me queratis, ego ipſe ſum, & ſi me velitis capere, non reſiſto, unicum à vobis rogo, ne meis diſcipulis moleſti ſitis. *Si ergo me queritis, ſinite hos abire.* De me facite, quod lubet. Lacerate me, torque, carnes hæc diſcerpente, occidite me, ſed horum ne capillum tangatis. *Sinite hos abire.* Simile quid de Epaminonda hiftorici referunt. Hic generoſus dux pro Thebanis dimicans ab hoſtibus vulnere lethale recepit, accurrunt milites in ejuſ ſubſidium, ac illa propria ſua perſona neglecta ſollicitior de clypeo lapſo fuit. Hinc milites interrogavit, an eſſet in tuto, vel num hoſti ceſſiſſet, rogavitque ut neglecta curatione vulneris è quo ſanguinem & animam verſabat, irent omnem conatum adhibitu, ne in manus hoſtiles deveniret. Demonſtravit clypeo ſemagis torque, quam à ſe ipſo. *Vi rolatuſ* (inquit Juſtinus hiftoricus) *in caſtra ſemianimis vocem ſpiritusque collegit, ſed unum à circumſtantiſſimis requiſivit, num candenti ſibi ſentum ademiſſet hoſtis, quod ut ſervatum audivit, allatum veluti laborum gloriæ ſocum oculatus, atque ita gratulabundus exſpiravit.* Chriſtus ſanctæ Eccleſiæ, & militiæ Chriſtianæ dux erat, in hortu ab hoſtibus cunctis, magis eſt ſollicitus de ſuis ſcutis Apoſtolicis, quam de ſe ipſo. Hinc ait ad turbas. *Si ergo me queritis, ſinite hos abire.* Idcirco Theodoretus. *Dominus autem, ut non caperentur diſcipuli dixit: ſi ergo me queritis, &c.*

6. Duo diſcipuli Chriſti in Emauſ pergebant, & dum de morte Chriſti moeſtos diſcurſus miſcerent, ille ſubito viatorum more veſtitus ſe iis jungit, familiariter, ex ſcripturis factis ſuam gloriſiam reſurrectionem probare conatur. Sol jam occubiturus erat, & nox in acte explicans ſua atra vela comparebat. Et in Domini ulterius ſibi proſciſcendum ſingens ab iis vale ſumpſit. Optatem hanc diem eſſe annum, ut vobiscum iter agere poſſem, ſed ulterius mihi eundem eſt, idèd vobis valedico. Deus vobiscum ſit; hic aditus diſcipulis durus videbatur, idèd rogant: *Mane nobiſcum Domine, quoniam ad velperſe.* Nox ingruit, non eſt tempus iter producendi, idèd nobiſcum mane. Salvaror conſtat, & diverſorū petierunt.

S. Ioan. c. 18.

Valerius Maximus lib. 3. c. 2. Iuſtinus Epiſt. 1. 6.

Theod. in c. 18. Ioan.

Lucæ 24.

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicant" and other illegible characters.

tempus cœnz advehit, nec nisi unicum panem habebant, illum mensæ apponunt. Christus ei benedixit, & in duas partes divisit. Hinc facit textus. *Accepti panem, benedixit ac fregit: Panem unum tantum dividit in duas partes: an non tres mensæ affidebant? ergo unus manebat incœnatus? Agedum, ait Christus, vestra necessitati compatiar, portionem meam vobis cedo, vos eam comedite. Et porrigebat illis.* Est ob-

Duran. in Rat. Bibl. & Alphons. Salm. in c. 24. D. Luc. 11. 9. 1. p. in

servatio Durandi, in Emmaus fregisse panem, sed non comedit, lagivou. Et Salmeron. Admit sibi panem de ore, ut discipulis provident. O mi Deus, quam pius es? magis compateris nostris miseris, quam tuis adversariis, quas ingrata Hierusalem in tuum damnium tibi parat. Hinc nil miri si oculi lachrymis, labra suspiriis, illam deplorent, cum ejus misericordie tibi displiceant. *Flevit non super se, sed super illam.* Sed quid tero tempus in Scripturis, si quotidie id in vobis & maxime in me experientia hoc demonstrat? ego vilissima creatura te ingrata offendo, & tu mihi clementer compateris, excusans meam fragilitatem. Altera die rursus te offendo, & tu denovo paratus es, ut mihi compatiaris; dicens me à Dæmone teatum, tu offensus mihi offendeat compateris, & quis unquam audivit vulneratum ob vulnus compati vulnerant? *Flevit super illam.*

D. Luc. 11. cap. 7.

7. Sed illud, quod me in stuporem agit, est, quod injurias suis illatas ægrius ferat, quam sibi datas. Christus à Pharisæo ad mensam invitatus fuit, sub prandio Magdalarum rogat, lachrymis eum lavat, unguento inungit, labiis mundatis osculatur. *Et stans retro secus pedes Domini, lachrymis cepit rigare pedes ejus.* Pharisæus videns Redemptorem non repellere mulierem peccatricem, sed potius benevole eam admittere, & ejus supplicæ, & unctio gratificare, sic secum discurrete cepit. Magdalenam inter feminas est maxima peccatrix, & insuper Christus non est Propheta, sed se vendit pro tali. *Hic si esse Propheta sciret utique, quæ, & qualis esset mulier, qua tangit eum.* Sic interpretatur Janseuius. Provocatur contra ad utriusque calumniam, & condemnationem: mulierem quidem esse peccatricem, Jesum vero indicant non esse Prophetam, qualis ab omnibus habetur. Et S. Gregorius Papa, *Agram reprehendit de agridine, medicum de subventionem.* Magna res, Simonem aggreditur, & Magdalenam defendit. *Si non habeo aliquid tibi dicere. Sic Janseu. Mulierem ab iniquo judicio*

Inspen. con. m. in sonc. E. 17. ang. c. 7. D. Luc. D. Greg. serm. de Maria Magd. Janjen. ib.

liberat, & Pharisæica superbia medetur indicant. *lum quoque peccatorem esse, & veniam digne, & longe in dilectione separari à muliere, quam per se contemnebat.* Domine, an non audivisti à Pharisæo te traduci ut vatem falsum, & mendacem? ergo ei non respondes. Defenderum honorem, nam qualis sit Magdalenam sciri. Quod ego sim offensus libenter toleto, sed quod Magdalenam sit offensa graviter me angit; quod demonstrat, dum non me, sed illam defendo. Hinc fuisse intentionem Christi his verbis authoritativè pradiatus restatur: *Notandum est illud, quod ad contemplantam mulierem, vocat Simonem dicens, vides hanc mulierem quasi dicat: Non poteris bene velut adhuc peccatricem advergari, & indignam meo contra te consensere, si eam probe contemplantam fueris, imò te longe ab ea separarint venies, si consenseras tua in me officia eum illius officia. Vides tu toto corporis habitu penitentiam imaginem præferentem? quomodo ergo, tu peccatricem approbaris.*

8. Tempore passionis Filius Dei duabus injuriis gravissimis affectus fuit. Prima est alapa ei inflata ab impio servo coram Pontifice. *Ynus affligens dedit alapam Jesu.* Actio facta est indigna, ut Filius Dei eam sustineret non poterat, & se continere non potens, dixit: *Si male batus sum, respiciam peribite de malo, si autem bene, cur me cadis?* altera fuit dum in crucis ei manus clavis transfixerunt: idem sanctus Hilarius præ dolore eum exclamasse, & ad Hellas utque voces emisisse ait. *Transverberante clavo palma gemitus ascendit, & clavo conversus est, & me hercle hi duo passus sunt digni observatione, & stupore.* Inter alia tormenta multa graviora veluti flagra ad columnam, spinas transfigentes ejus caput semper tacuit, nec signum dolotis ostendit. Et tunc ad colaphum impudentem se ostendit: præterea ita observante sancto Hilario quamvis clavi pedum crudeliores, vel æque crudeles fuerint, tamen claves manuum, & non pedum graviter fecit. *Audire caulam Philo Carpatius, sancti Justinus, & Valentinus martyris Christi martyres Ecclesie designati afferunt: Maxillo & gena Christi martyres in Ecclesia. Idcirco sponia in cantibus factis solent dicere: Sicut fragmen mali punit gona tua. Nam sicut malo granarum interius est rubiginosa, dum, & exterius purpureum, sic martyres interius amare, & exterius languere toberent. Idcirco Christus alapam sibi inflatam sibi coadit. Et si credimus Ilaia, in manibus Filii Dei con-*

...delictis descripti sunt. In manibus meis descripti
 u. Hebraeos chara tetes, clavis, & sanguis
 delectant, ac facerent personas in eis de-
 scriptas, ergo injuria nobis fidelibusque Chri-
 sti illa est. Filius ergo Dei hoc dicere voluit:
 Accusationem spirituum, & atrocitatem flagel-
 lationis, & crucis libenter quidem tolero, sed
 nihil illa sunt; Sed alapas, & injurias
 manibus meis illatas sustinere aequo, & gra-
 viter ultimat cogor. Cur me cadis? sic etiam
 videri manibus fidelium meorum iocisa, pes-
 timitate cogor. Transverberante clavo palmam
 genua ostendit. Ex hoc lauro cum esse Filium
 Dei innuit, & ad idem convertus est. Et lauro con-
 vertus est.

In Exodo legimus Deum, dum Popu-
 lum Israeliticum sub iugo Pharaonis degeret,
 tribus signa dispendentia ostendisse, quod gens
 illa ad illa seculo male tractaretur. Ideo saepius
 Pharaoni significavit, ut populum libertati resti-
 tueret, & quia obstinatus restitit, omnes pecu-
 nias mortui curavit, Mortuaque sunt omnia
 animalia Aegyptiorum. Postea Moyse manda-
 vit, ut quaedam cottum pulverem super terram
 Aegypti spargeret. Hic fuit ita pestilens, ut dum
 corpus animalium, & hominum laceraret, ea
 mortuaderet. Insuper, & terra certas locustas fa-
 micas produxit, quae herbas, semina, & fruges
 consumpsit. Et extendit manum suam super ter-
 ram Aegypti ad locustas, & de voce omnem her-
 bam. Dum vides cor Pharaonis induratum,
 & obduratum, tenebras adeo nigras, crassas &
 horridas induit, ut homines sese non viderent,
 & immobites hererent, quia quo pedem fige-
 rent non conspicerent. Et extenditque Moyses ma-
 num ad caelum, & facta sunt tenebrae horribiles in
 terra Aegypti, Et duravit tribus diebus.
 Similiter illo die, quo Christus fuit crucifixus,
 tenebrae super terram compaerunt. Tenebrae fa-
 ctae sunt super universam terram. Et ut succolle-
 mos opinionem ascendentium, illas fuisse natura-
 les ab interpositione terrae inter solem & lunam
 caelata, adduco D. Dionysium Areopagitam
 A. P. 1. cap. 1. ubi in Philosophia condiscipulo
 scribitur. Obscuratio quoque orbis uniformiter, re-
 siderat in caligine tabescente, reperimus, quod &
 non infimum, eodemque ratione Eclyptica so-
 lum per anulum non dederit, solarem fulgorem ve-
 re. Et hanc obducentem, solere in occidua ho-
 ra operari reperit. Patet. Raritas illas tene-
 bras inducias ostendit, ut Deus ostenderet, quam
 graviter Hebraeis innocenti suum sanguinem cruci-
 fixi Dominis.

figentibus succensus esset. Et ideo non nubes ob-
 densatae sunt solummodo, sed obscuratae est sol, quod
 luminare majus est, ne aut pendens Dominum vi-
 deret, aut impi blasphemantes sua luce frueretur.
 Vel juxta opinionem Janfenn Deum ad turorem
 Hebraeorum crudelium ostendere voluit, crea-
 turas inconfutiles, ad pietatem moveri: Designa-
 tum creaturarum auctorem jam pati, ac creaturas
 inanimatas illam agnoscere, & predicare quoniam
 tunc agnoscere recuaverunt, & variis infectis
 sunt contumelias, in quibus comparatio creatori, quem
 tam variis affectere homines mente preclit, ludu-
 briis.

10. Nunc ad punctum principale nostri in-
 tenti veniamus. In morte pœnosa, & injuriosa
 Christi pater æternus tenebras inducere, & tri-
 bus tantum horis durare voluit. Ab hora sexta
 usque ad horam nonam. Sed dum populus Israeli-
 ticus in Aegypto à Pharaone torquetetur, tribus
 diebus continuis voluit illas perseverare: Tri-
 bus diebus. Addit tenebras Aegypti adeo fuisse
 horribiles, ut homines sese non viderent, nec
 gressus movere audent, qui non videbant
 ubi pedem locarent: Facta sunt tenebrae horribi-
 les, nemo vidit fratrem suum, nec movit se de loco
 in quo erat. De tenebris Hierusalem hoc non legi-
 tur. Deus hac diversitate ostendere voluit, se
 magis sentire servitutem sui populi, quam mor-
 tem propriam: & quando tenebrae erant densio-
 res, tantò major erat dolor, quo afficiebatur
 dum à Pharaone Israelitas male haberi vidit.
 Est conceptus Cyrelli Alexandrini. Trium spa-
 tiorum horarum tenebrae sunt terra in morte Salvato-
 ris, & trium spatio dierum obtenebrantur Aegy-
 ptus, in captivitate populi Israelitici, quia tunc age-
 batur de vindicta Salvatoris, nunc de creatura
 ultione, magis appetita à Deo. Quid ergo miri,
 si vides Hierosolymam destruentiam, & delo-
 landam inconsohabilitate non se, sed illam deplor-
 ret. Flevit super illam.

11. Haec veritatem à posteriori nempe à sup-
 plicis, quae derivant in filios, quis, & suos of-
 fendunt probare volo. Duo peccata commisit
 Cain, quorum unum altero non fuit levius.
 Primum versabatur circa sacrificium, quo Deum
 irridere videbatur, dum teste Abulenfi fructus
 deteriores obtulit. Obtulit de frugibus, nempe de
 pejoribus, corrosis à vermibus, & putrefactis.
 Aliud fuit, dum fratrem innocentem Abel-
 lem occidit. Mira res, irrisionem Dei in sacrificio
 nulla subsecuta est poena, solum ejus munera
 non accepit. Non respexit Dominus ad munera Gen. 4.

Pasch.
 Rabert.
 in c. 27.

Imfen.
 in cons.
 Evang. ca.
 147. ibid.

D. Cyrill.
 Alexandr.

Abulen-
 se
 ibidem.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licab" and other illegible characters.

Cain. Et tamen patravit sacrilegium. Sed fratricidium maledictione diluit. *Maledictus eris super terram.* Frugibus eum privat, nec vult ut ex labore fructum colligat. *Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos.* Quale est hoc paradoxum ob fratricidium, & non ob sacrilegium punitur? nollet Deus offendere voluit, se quidem possitolerare injurias sibi, sed nobis illatas, non posse se continere, quin puniat. Audire Chrysostomum. *Vide quemodo Deus, quando in ipsum peccavit Cain pe. cato non vulgari dimisit, quando autem in fratrem armavit dexteram, maledictionem intulit, & irreparavit.*

D. Ioh. Chryso.

12. Aliis occasionebus à me plures esse additas rationes, cur Christus dixit deoventit illam ficum, & coma exuerit, recordor. *Barrefacta est continuo ficulnea.* Non possum mihi imaginari, quare hanc arborem aggressus sit, forsitan quia diu jejunaverat (restitit namque textus quod esturrit) & nullum fructum invenit? verum quia non erat tempus ficorum, hanc penam non merebatur. Ego credo ficum fuisse sterilem nec unquam protulisse fructus. Hinc Christus eam non maledixit ob nullas repetas ficus solandæ fami, sed quia omnes labores quolibet anno ab agricola impensos frustra. Hoc confitimo similitudine, quam à Salvatore datam, sanctus Lucas recenlet: *Arboram fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit. Per tres annos non protulit fructus, Dominus vitroni præcepit, ut eam evelleret: Succida illam.* Gravis quidam anthor caulam hujus inquit, & responderid factum, non quod nullos produxerit fructus, sed quia terram inutiliter occupavit. *Ve quid terram occupas? Infrugiferam ficum succidi jubet Dominus. & cur eam succidi mandat? an quia sibi aliquod damnum importat? Absit, sed quia terra detrimentosa est, illam inutiliter occupans: quippe aut, ut quid etiam terram occupas? hac similitudine humanata sapientia offendere voluit, se actius animo advertere in noxas nobis illatas, quam sibi.*

Matth. 21.

13. Tanto affectu ferebatur Christus ego Hierosolytam, à qua tamen erat citi digressus, ut damna inferenda illi à Tito, & Vespasiano sibi meci interrogari putarim. *Floret super illam, ac si florisset super se.* Damna, que intererat suis amicis, & fidelibus ea sibi inteti celes. David errata agnoscens actum contentions elicit, dum humiliter ad divinam majestatem converterius illachitimos dixit: *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: Tibi soli an solum offendi Deum? an non nocuisti Uræ ejus uxorem rapiendo? nonne injuriam intulisti Bethsabee ejus vicum occidendo? ego tibi soli peccavi? et contra Bellarminum. Peccaverat, etiam contra Deum, quem occiderat, & contra populum, quem sibi adulteraverat, & contra populum, quem sibi adulteraverat. Et sanctus Pater Augustinus S. Aug. hoc? nonne erat adulterata uxor altera? & maritus occisus? nonne omnes noverant, quod David fecerat? quid est? tibi soli peccavi, & malum coram te feci? Ah dicit David, Utique*

Matth. 21.

14. Tanto affectu ferebatur Christus ego Hierosolytam, à qua tamen erat citi digressus, ut damna inferenda illi à Tito, & Vespasiano sibi meci interrogari putarim. *Floret super illam, ac si florisset super se.* Damna, que intererat suis amicis, & fidelibus ea sibi inteti celes. David errata agnoscens actum contentions elicit, dum humiliter ad divinam majestatem converterius illachitimos dixit: *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: Tibi soli an solum offendi Deum? an non nocuisti Uræ ejus uxorem rapiendo? nonne injuriam intulisti Bethsabee ejus vicum occidendo? ego tibi soli peccavi? et contra Bellarminum. Peccaverat, etiam contra Deum, quem occiderat, & contra populum, quem sibi adulteraverat, & contra populum, quem sibi adulteraverat. Et sanctus Pater Augustinus S. Aug. hoc? nonne erat adulterata uxor altera? & maritus occisus? nonne omnes noverant, quod David fecerat? quid est? tibi soli peccavi, & malum coram te feci? Ah dicit David, Utique*

Didacus.

Penfer. 10.

4. lib. 16. c.

11. in c. 13.

D. Luce.

5. 20.

13. Tanto affectu ferebatur Christus ego Hierosolytam, à qua tamen erat citi digressus, ut damna inferenda illi à Tito, & Vespasiano sibi meci interrogari putarim. *Floret super illam, ac si florisset super se.* Damna, que intererat suis amicis, & fidelibus ea sibi inteti celes. David errata agnoscens actum contentions elicit, dum humiliter ad divinam majestatem converterius illachitimos dixit: *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: Tibi soli an solum offendi Deum? an non nocuisti Uræ ejus uxorem rapiendo? nonne injuriam intulisti Bethsabee ejus vicum occidendo? ego tibi soli peccavi? et contra Bellarminum. Peccaverat, etiam contra Deum, quem occiderat, & contra populum, quem sibi adulteraverat, & contra populum, quem sibi adulteraverat. Et sanctus Pater Augustinus S. Aug. hoc? nonne erat adulterata uxor altera? & maritus occisus? nonne omnes noverant, quod David fecerat? quid est? tibi soli peccavi, & malum coram te feci? Ah dicit David, Utique*

ALTERA PARS.

Rem noui in vita, & Berthabez in honore, sed
Deo hoc ita displicuit, ac si ipsum solum offendit.
Tibi sub peccati. In persona propria laesus
est. Oculo Prophetico omnia aduersa Hieroso-
lymae etiam praevide, ex inimico cordis illa
facit, ac veluti propria illa deploravit, & sicut
ad Titum, & Vespasianus arma contra se sum-
pserit: Fecit super illum.

15. Nos idem Creatori nostro exhibere de-
beremus, hoc est injurias quas peccatores ipsi
inferunt, & timore ac si nobis irrogarentur, Ad
solum pertinet sentire inimicitias illatas pati,
Nos furus filii Dei, audimus illum sceleratum
Dei maledicere, cum blasphemate, honorem
Dei ledere, & idemus, quot sunt Praelati, qui
liberos habent discipulos, scandalosos, & pesti-
mos, quique quotidie Deum offendunt? & tam-
men conuenit, & ostendunt se non videre, ac
sane, & si vident, tolerant: videntur non habere
linguam ad eos arguendos, manus ad casti-
gandos, aut contumaces, ut sibi obedientiam exhi-
berent faciant. Et tamen dissolutiones eorum sunt
offensa Dei, quas superior flocci pendit. Sed si
habitor, semel unico verbo eorum personam
tangat, & reparationem laedat, sunt Argi ad vi-
derendos omnes defectus, & Eratet ad illos puni-
endos, minus astringant, quod Deum blasphem-
amus, & maledictioe petierit, quam quod uni-
co verbo laesi fiat. Hic non est modus agendi
boni Praelati. Ruat caelum, peccat mundus,
angustias, imo vita amittatur, ut honor Dei con-
seruetur.

16. Ad nostrum ruborem sanctus Ambro-
sius Antiochie quendam nobilem proditorie
occidit, eoque necato eadem immobiliter ca-
deret adhuc commemorat. Multi ad hunc
causam accurrunt, & inter illos occisor ne-
cem dissimulatos, Canis homicida viso, eam la-
tenter perire, & vellibus apprehendens vindictam
indamavit, Canis inuestigato paulisper quibus do-
mibus, arma silicibus assumptis. O Deus tantae fa-
ctus canis dominum, & homo videns hono-
rem Dei laedi, cecit, & dissimulat: erubescamus,
dum majori zelo belliam erga dominum, quam
Christianum erga Deum fieri videmus. Dum,
hoc cogito, horreo, nec alios terminos inuenire
possum, quibus in his inconuenientias
inveniat. Dicta sufficiant, &
quiescat.

Veniens dies in te: & circumdabunt te inimici tui
vulso, & circumdabunt te, & conquisibunt te
undique, & ad terram prosterent te: & sicut
tuus, qui in te sunt, & non reliquent in te
lapidem super lapidem.

17. Quot aduersitates infelici Hierosoli-
mae imminet? cum ingeris ab hosti-
bus, qui te angustiant, & oppriment, solo a-
quaberis, & funditus destrueris, multi filiorum
tuorum captivabuntur, multi per mundum erra-
bundi vagabuntur, Verbo; adeo desolaberis, &
destrueris, ut nec lapis super lapidem mansurus
sit. Et si causam harum aduersitatum scire velitis,
audite Salvatorem plangentem. Et quod non cogi-
no veris tempus visitationis tuae, ob scelera civium.
Hinc Origenes, Non ego igitur, & illam Hierusa-
lem propter habitatorum scelera fuisse destructam.
Et eo ulque redacta est ab oblidendis Tito, &
Vespasiano, ut fuerit civium carcer, ut fame & si-
ti tabuerint, & omnes praecessitate perierint,
illis angustis fuerunt involuti, ut mattes ne mo-
reterentur fame, proprias proles devorarent. An po-
telt audiri calamitas major? Conquisibunt te un-
dique, hoc est inquit Dionysius Cathartianus, Cart in c.
Sic oblidabunt, ut egredi non possis, nec audoas, sed
fame, & siti, ac alius modis gravissime affigeris. art. 4. f.
Ad tantam enim angustiam habitatores Hierusa-
lem devenerunt, ut mulieres proprios pueros comede-
rent. Jure itaque dici potelt, a nostris peccatis no-
stra mala provalite. Propter peccata veniunt ad-
versa. Hinc Chrysippus miseris involutos fallis,
& contra rationem originem miseriarum, adver-
sa fortunae, vel constellationi caeli attribue re af-
ferit, imo potius illas sibi ipsis, & propriis pecca-
tis ascribere debere.

Quam falso accusari superos, stultique que-
runtur. Chrystip.

Mortales, etenim nostrorum causa malorum.
Ipsi nos sumus, & sua quemque decordia laedit.

Et sanctus Gregorius. Mala, qua patimur pec-
cata nostra meruerunt. Hoc nosse d. s. lvaro: eu-
tans paratitum docuisse videtur dum dixit, Con: Matt. 6. 9.
sile filii veniuntur tibi peccata. Sed quid peccatis,
cum paraly si h. z. iustitias ab eius peccatis pro-
cellerat. Idcirco Doctor Angelicus dixit, quid est D Thom.
quod iste peccat sanitatem corporis, & Dominus dat in c. 9.
S. 2. Janita-

Handwritten notes in the right margin, including the word "Hierosolima" and other illegible scribbles.

Matth. f. caussa agritudinis, sicut in psalmo: propter iniquitates eorum multiplicata sunt infirmitates eorum.

Dionysius Et Dionysius Cathulianus confirmat. Remittuntur tibi peccata tua, propter quod hanc sustines infirmitatem.

18. Auditores, faciamus opus misericordiae, visitemus miserum infirmum nomine Job abyso miseriarum immerso. O Job qui tecum agitur? Pejus mecum agi non potest, collo tenus misericors sum immerfus, patientiam habere debeo, quia hi sunt fructus huius mundi. Quis tibi persuasisset hominem adeo opulentum, tantis miseris involvendum? mala tua ossa penetrant, es vera idra mortis. Haec lepra ad animam usque pergit, & ad minus non est tibi lectus in quo quiescas? haec putredo tibi ingeritur ex eo solum, quod in hoc loco immundo sis. Dic quoniam abierunt tot tuae opes, omnia mihi adverte fuerunt, Annon tibi fuerunt multae proles, quomodo te ergo ab omnibus derelictum video: omnes miserè obierunt, ut meae miseriae augerentur. Miror tot tua mala, nec cogitare possum unde processerint, Sed auditores Jobum assignantem causam audite. Respondens Job dixit, utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitates, quam patior in sterata. Proprio ore haec adverte a peccatis orta fatetur, eoque opinioni adhaerent tres eius amici, qui eum inviserunt. Nempe Eliphaz Themanites, Baldad, Suhites, Sophar Naamathites Sic Ambrosius, Tres illi Reges amici Job, propterea eum peccatorem pronuntiabant, quia in opem factum ex arboribus, orbantem liberis ex faciendo parente, perfusum ulceribus, inhorrentem vibratibus, exaratum vulneribus à capite usque ad pedes videbant: & esto esset iustus, & amicus Dei, tamen à posteriori ejus adverte a peccatis processisse intulerunt.

19. Quis unquam miserias, quibus involutus est Cain ob fratricidium recensere possit? Primo omnibus bonis fortunae exortus fuit: Cum operatus fuerit terram, non dabit tibi fructus suos.

Secundo eris vagus, & profugus super terram. Procopius. Eris mobilis & instabilis Galatius. Eris vagus & inquietus. Georgius Venetus, eris nutans. Sanctus Macharius, Augustinus & tremore tenebris, aqua tremore agitaberis super terram. Septuaginta Eris gemens & tremens super terram. Chaldaei, Eris instabilis, & transmigrans in terra.

Nunc has omnes versiones iungite, & quot adverte frates infelicis Caino ob peccatum evenerint videbitis. Hinc dixit Divus Ambrosius: Omni improbo mala adiunt, & assuetura sunt: quae adiunt, irascentiam operantur, quae futura sunt, fructum, sed improbum plus praesentia, quam futura solent. Et sanctus Pontifex Gregorius: Mors peccati est semper in laboribus, quia aut moritur, quae vivat, aut moritur ne haec sibi ab aliis inferantur: cui ergo tranquillum ac securum deus, hinc praedictum terroris sentit semper in auribus esse.

20. Cui datum fuisse videre tibus illis Pentapoli, illas iudicasset hortos deliciosos. In vena tetra pomposa pallium floribus ornatum ostendebat: campi virentes nudis agricolis; abundantiam fructuum vini, & frugum, grasso nonquam messem auream in campis conglutavit, venti Aquilonares nonquam comparete fuerant, si, ut laederent plantas, fructus ex eis exercebant, germinibus novellis, & tamis procedentibus nonquam obfuit gelu: sufficit dicere, quod serena illam terram ob amantem, & copiam non vocet paradysum Dei: Sicut paradysus Damini. Sed qui postea eas vidisset, nihil eandem metamorphosin conspexit. Intuitus fuisse cernitur solo aequatas, adificia destructa, terram inhabitabilem, agros redditos steriles, campos in ceterum redactos, acervos petrarum fumo obducos. Lapides, qui supererant à voracibus flammis motati sunt in carbones. Hic apparente vapore, sic videbantur exhalari vapores sulphurei, & vitribus illius terrae ambuatae fumus nigerrimus affurgere cernitur. O quot malorum ipsorum peccata fuisse causa. Qui tibi est peccator? per sua scelera non solum se ipso, sed & saltem regionem, facili perdidit, erat nempe magnarum leucorum, in qua habitatores gaudere possent, & fructibus bonis saculi, & Deo concessis, illi autem infelices eam exiterunt, & bona naturalia, quae Deus omnibus hominibus utenda concesserat, illi agentibus videtur. Ad hunc statum filius Dei civitatem Hierosalem redigendam praevidit, & praedixit: Ite, sacerdotio, sacrificis, templo solitudo erit. & Hebraei omnibus bonis temporalibus & spiritualibus excederant, eo quod non egredierentur tempus visitationis. Hinc sequitur, viderunt dicitur, vel ut explanat Dionysius Cathulianus contra Iudeos: Imo: nam quicquid peccator facit, in ejus damnationem redudat. Hinc dixit Salvianus: Ipse sibi parat peccator, qui quae quid patitur, non calamitatem nostrarum auctores sumus, nos ergo adverte in vana, non facinus, nos iniqua, nos Deo nolente cruciamur.

21. Casus exercituum Saulis à Philistinis plebs desperatus non neminem, qui sibi mortem referret, quae sicut, sed cum nullum sepeperit in montibus Gelboe, se ipsum furore necavit. Quidam Amalecitas David

Job. 6. 6.

Ambrosius.

Gen. 4. 4.

Proco. Gal.

Matth. Georg.

Ven. D.

Macchar.

Septuag.

Chaldaei.

sa.

D. Ambrosius.

David frustra se nuuatatum sperans, & munus
 repositurum, Davidem coronam, & clypeum in
 vicinis tellinonum portans accessit, & dixit:
 Sicut super eum occidit illum: mors Saul Davidi
 maximum dolorem intulit, vestes laceravit, plan-
 dit, & ieiunavit David, adolescentem interrogat,
 unde et tu? respondit Filius hominis ad vena. Ama-
 lecia ego sum. Intelligens cum Amalecitis, set-
 rum vocavit, & ut in sua presentia eum truci-
 daret praecepit: Accidens iras in eum, qui per-
 cussit illum, & mortuus est. De hoc bene dici po-
 test, quod malum insat medicum hic miser qua-
 sit, & quod mortem secum gestavit, & quod
 multoties egit contra eum redundavit. Erat, (in-
 quit Theodoretus) Amalecitis, in quem univ-
 ersum iam tulerat sententiam mortis.

21. David de peccatore loquens dixit. Incidit
 in fraxum, quam fecit. Idcirco Bellarminus, ape-
 rit lacum, seu cisternam, ut justus nesciens ibi esse
 fraxinam eam caderet, sed ipse prior in eam incidit,
 quam eam fideret.

Sic Aman patibulum exsternit Machabeo,
 in quo tamen ipse fuit suspensus. Perillus excel-
 lens fulor metallorum gratiam Phaleridis Ty-
 ranni venari sperans, taurum aeneum, quo Rex
 excruciare posset eos invenit. Sed Phalerides vo-
 luit, ut Perillus primo experimentum sumeret.
 Haec volens alludere Poeta cecinit:

Non est lex aequior ulla,
 Quam necis artificem fraude perire sua,
 Et genere in sauro saepe Perillo suo.

Ovid.

Non secus, ac ille, qui ex arcu sagittas in fo-
 lem emisit, sed supra eum relapsae sunt. Goliath
 gladium gestavit, sed David eo usus est in ipsius
 necem; Hinc scripsit Bassilius Seleucus, Cum
 Goliath arma fabricaret, id se in usus Davidis fa-
 cere, & proprii jugulatoris bajulum, & in ad-
 versarii habitu se Davidi venire subsidio igno-
 rabat.

D. Bassil.
Seleus.

Præterea Icarus dedit vinum rusticis, sed vino
 se putantes gravatos Icarum occiderunt: Ferunt
 Icarum à Baccho utrem vini accepisse, ut ejus u-
 sum mortalibus communicaret. Quare cum rusticis
 eos quosdam ad bibendum invitasset, illi potus ju-
 vitate capti, aequè largius hausserunt; qua ex-
 re, cum crapula incommodum sentirent, malum
 sibi medicamentum datum esse Icarum interfecerunt.

Amb. Ca-
lep verbo
virge.

Erit dies, cum peccator videbit omnia ejus
 opera mala contra se infurectura: Vement dies
 contra te. Dies tui, omniaque scelera tua tibi
 anteponentur, animam tuam cingent, ut te in-
 vadant. Et conagustabunt te undique. Eo quod
 non cognoveris tempus visitationis tuae.

DOMINICA DECIMA POST PENTECOSTEN.

Omni qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur, Luc. cap. 8.

ARGUMENTUM.

Ostenditur quam suspenda sint portenta sanctae humilitatis, dum humiles exaltat.

Effectus naturæ & artis sunt adeo miri,
 ut judicium humanum eos reputet in-
 creditibiles. Quis unquam sibi persua-
 dere possit arenam Nili, quæ semper
 levatur in eodem pondere, decima septima Ju-
 ni reddi ponderosior? ut affirmant scripro-
 tes. In monte Heclo ignis reperitur, qui stupa
 colligitur; & alius in monte Chinnica est, qui

restinguitur foeno. In insula Gimbubona arbor
 nascitur, cujus folia in terram lapsa à se ipsis ven-
 to non agitata moventur, ac si vitam haberent, &
 si quis ea velit accipere, velocius fugiunt. In Ma-
 laco quædam viret planta, cujus radices, quæ sunt
 vestes orientem virtuosissimæ sunt contra venci-
 num, illæ vero, quæ sunt vestes occidentem sunt
 peiores acouito, & circa herba Achimenei in-
 jecta